



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXXII. In Regno Peruano executio Decreti Conc. Tridentini de Regularibus
reclamantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

ANNO
1683.

INNOCENTIUS UNDECIMUS.

409 ANNO
1683.

Decretum
Cardin. Pro-
tectoris pro
confirmatio-
ne, & execu-
tione relati
Mandati.

Ecclesiasticas, aliasque penas in Statutis Ordinis praescriptas, etiam appellatione remota, & alias, prout plenius continetur in ipsius Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris Decreto desuper edito, tenoris sequentis, videlicet. *Alderanus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Cybo Seraphici Ordinis Sancti Francisci apud Sanctam Sedem Protector.* Attenta narratorum veritate, quæ ex documentis Sacrae Congregationi exhibitis Nobis constat, cupientes, tam perniciose liti finem, & perpetuum imponere silentium, praefatis PP. Commissario Generali Indianorum in Curia Macritensi, & Commissario Generali Indianorum in Provinciis Peruanis respective residentibus, committimus, & districte mandamus, ut supra scriptas literas patentes P. Ministri Generalis, quarum tenorem praesenti nostro Decreto approbamus, & confirmamus, fideliter exequantur, & ab omnibus ad quos spectat in obsequium praedictæ Sacrae Congregationis, exequi, & inviolabiter observari faciant cum facultate procedendii adverbi inobedientes, & Rebelles ad Censuras Ecclesiasticas, aliasque penas in Statutis Ordinis praescriptas, nulla eis suffragante appellatione, quam pariter in obsequium ejusdem Sacrae Congregationis ab ejus Decreti executione juxta formam in dictis literis parentibus expressam ex nunc interdicimus, cancellamus, & annullamus. Non obstantibus in contrarium quibuscumque. Roma die 18. Septembris 1683. A Cardinalis Cybo Protector. Jo. Baptista Rusca.

Preces Mini-
stri Genera-
lis.

Confirmatio-
dd., Paten-
tium Ministrī
Generalis, &
Decreti Car-
din. Prot.

Clausulæ.

Ecclesiasticas, aliasque penas in Statutis Ordinis praescriptas, etiam appellatione remota, & alias, prout plenius continetur in ipsius Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris Decreto desuper edito, tenoris sequentis, videlicet. *Alderanus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Cybo Seraphici Ordinis Sancti Francisci apud Sanctam Sedem Protector.*

Attena narratorum veritate, quæ ex documentis Sacrae Congregationi exhibitis Nobis constat, cupientes, tam perniciose liti finem, & perpetuum imponere silentium, praefatis PP. Commissario Generali Indianorum in Curia Macritensi, & Commissario Generali Indianorum in Provinciis Peruanis respective residentibus, committimus, & districte mandamus, ut supra scriptas literas patentes P. Ministri Generalis, quarum tenorem praesenti nostro Decreto approbamus, & confirmamus, fideliter exequantur, & ab omnibus ad quos spectat in obsequium praedictæ Sacrae Congregationis, exequi, & inviolabiter observari faciant cum facultate procedendii adverbi inobedientes, & Rebelles ad Censuras Ecclesiasticas, aliasque penas in Statutis Ordinis praescriptas, nulla eis suffragante appellatione, quam pariter in obsequium ejusdem Sacrae Congregationis ab ejus Decreti executione juxta formam in dictis literis parentibus expressam ex nunc interdicimus, cancellamus, & annullamus. Non obstantibus in contrarium quibuscumque. Roma die 18. Septembris 1683. A Cardinalis Cybo Protector. Jo. Baptista Rusca.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungetur, praefatus Petrus Marinus Minister Generalis praemissa quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolica confirmationis nostræ munimine corroborari summopere desideret: Nos speciale ipso Petro Marino Ministro Generali gratiam facere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore consentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, patentes ejusdem Petri Marini Ministri Generalis literas, & memorati Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris Decreto praeferta, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenient, supplemus.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliiter observari: sive in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus optime sit praefatorum Ordinis, & Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premisorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permaneunt, ad premisorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse

derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Octobris MDCLXXXIII. Pontif. nostri Anno Octavo.

Confirmatur Decretum Congreg. Concilii, quo injungitur Ordinariis Regni Peruani conferatio Decreti Concilii Tridentini de Regularibus reclamantibus adversus eorum professionem elapsi quinqueannio.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 13. Oct.
1683. An. 8.

Species facti.

Nuper pro parte dilecti filii Francisci de Rosellon Procuratoris Generalis Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Indiis Occidentalibus degentium Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod quamvis vigore Decretorum dicti Concilii sess. 25. cap. 19. de Regularibus Religiosi prætententes se professionem emisisse per vim, aut ante debitam atatem, aut demum ex alia causa professionem irritante, non sint audiendi, nisi intra quinquennium a die professionis computandum, nihilominus in Regno Peruano invaluerat hac corruptela, seu abusus, ut etiam lapsi quinquennio passim audirentur, si granter vero Religiosi praefati Ordinis, inter quos ab anno 1664. citra obtinuerant declarari nullam eorum professionem Fratres mox recentendi, nempe dilecti filii Petrus Merca transacto jam quinquennio sua professionis sub praetextu, quod quadam infirmitate habituali laboraret, Nicolaus Rodriguez XVIII. sua professionis anno, cum allegasset sibi a Matre incusum metum, Franciscus de Quiros sua professionis anno decimosexto, Alphonsus Quintana professionis anno vigesimo, & Didacus de Torres longe elapsi quinquennio, cum deduxissent sibi illatam vim a Parentibus: Et in eadem expositione subiuncto, quod de praesenti instabant pro simili declaracione dilecti etiam filii Marcellus Crespo actualis Custos, Bartholomaeus Tiberio anno trigesimo sexto sua professionis, Isidorus de Zepedafano trigesimo, Franciscus Magaburu anno vigesimo sexundo, ac demum Antonius de Requena, & Franciscus dela Rea, pluresque alii Fratres expresse professi Ordinis prædicti. Quoniam vero plurimum Religionis interest omnium, ne illi, qui eis nomen dederunt, tam facilem exitum a Religione inveniant, pro parte dicti Francisci Procuratoris praefatae Congregationi Cardinalium supplicato, quatenus decerneret, ut in posterum nullatenus audiantur, seu admittantur transacto quinquennio, nisi obtenta prius ab hac Sancta Seide in integrum restituione, ac retento Religionis habitu: Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decreto tenoris, qui sequitur, videlicet die 28. Augusti 1683. Sacra Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit servandam esse dispositionem ejusdem Sacri Concilii cap. 19. sess. 25. de Regularibus, & proinde injungendum, prout Decreti praesenti tenore districte injungit omnibus Ordinariis locorum Regni Peruani, quatenus dispositionem praefatam omnino servent, F. Cardinalis Columna Praefectus A. Almictus Secretarius.

§. 1. Cum autem sicut idem Franciscus Procurator Nobis subinde exponi fecit, ipse Decreto hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos

Causa De-
creti Congre-
gationis.

Decretum
prædictum.

Preces Pro-
curatoris Ge-
neralis Fra-
trum Minorum
Ordinis

1683.

& 1684.
S. Francisci
de Observan-
tia.Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clausula.

CXXIII.

Dat. 18. Jan.
1684. An. 8.

Species facti.

Causa man-
dati.

ipsius Francisci Procuratoris votis hac in re quantum cum D. possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentum approbamus, & confirmamus, illicque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus forti, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sique in praemissis per quocumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceteris que contrariae quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Magorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Octobris MDCLXXXIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Mandatur pro Fratribus S. Francisci, ut in Belgio servetur Constitutio Clem. VIII. circa electionem novorum Cenobiorum.

Littera, qua hic annunciantur, scilicet Clem. VIII. habentur Constat. 99. tom. 3., & Urbani VIII. Constat. 49. tom. 4.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Xponi nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Corfilius Frater expresse professus, & in Romana Curia Agens, sive negotiorum Gestor Provinciarum Germano-Belgicarum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum quod iuxta dicti Ordinis statuta per fel. rec. Urbanum PP. VIII. praedecessorem nostrum confirmata Cap. 3. §. 8. de Aedificiorum constructione decretum sit, ut singulæ Provinciæ circa incommoda, sive damna sibi de aliorum Conventuum nova aedificatione imminentia omnibus remedii opportunis, & licitis in Curia Romana sese defendant. Provincia vero Belgicae ejusdem Ordinis ob introductionem novorum Conventuum diversorum Ordinum paucis abhinc annis plurima incommoda, & gravia damna sint pastæ, ac plura immincent, si denuo alii aedificantur, ut diversi in locis plurimi attenant, eum in fine sibi ruri, in pagis, & Oppidulis per instantiam, & favorem Magnum loca deligentes, ex quibus, utpote vicinioribus undique, jam stabilitorum Ordinis præfati Conventuum confuetas eleemosynas foli Fratres Conventum hujusmodi ex sui Instituti rigore vivere coguntur, conquirunt, & stationes invadunt, itaut plurimi Conventus ad summam indigentiam redigantur, & modo infinitis propter modum exponantur difficultatibus, & molestiis, ut suo Instituto insistere possint. Ipse Philippus provide considerans, propter praemissa pluribus in locis, habitationis plurimorum Religiosorum

capacissimis, eorum numerum notabiliter esse diminutum, cumque Patria, ob continua Belli tempora, sit adeo devastata, ut in extremis miseriis homines vix subsistant, diminuendum fore iterum non sine gravi Divini Officii, & regularis disciplina præjudicio, si plures Conventus admittantur, cum juxta Concilii Tridentini Decreta sunt tantum Religiosorum numerus in Conventibus esse possit, qui ex confuetis eleemosynis comode ali portet, adeo ut Provincia Belgica ab ulteriori irreparabili damno præservetur, plurimum cupit, auctoritate Apostolica præcipi, ut Decretum rec. me. Clementis PP. VIII. prædecessoris pariter nostri hac in parte latum, quod in illis partibus, vel haec tenus fuit ignoratum, vel neutrum observatum, accurate, sive punctualiter ibidem obseretur.

§. 1. Nos igitur ejusdem Philippi votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione Ven. etiam Fratris nostri Alderani Episcopi Portuen. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybi nuncupati, dicti Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, præfatis Cardinalibus super praemissis facta, Constitutionem memorati Clementis prædecessoris, quæ incipit, *Quoniam ad Institutum &c. circa præmissa servari, auctoritate Apostolica tenore praesentium mandamus, & præcipimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.*

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus forti, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: sique in praemissis per quocumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit quorumvis Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premisorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficiente expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmisorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariae quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscribitis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Januarii MDCLXXXIV. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Præces Agen-
torum Recolle-

Mandatum
prædictum.

Clausula.